succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus Recognis. Generosus Stephanus Joannes in Drohoiow Drohoiowski sive eius Successores ad instantiam praefati Generosi Joannis Pawlis ab eadem Drohoiow Drohoiowski obligatarij sui vel eius posterorum ad Officium praesens Castren Capitan. Praemyslien. extunc recipsa supraseripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praestatum luere ius creditori satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Ipsum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minore enim tate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo omnesq exceptiones omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris proscriptione Terrestri bello conventionecq ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec alio quouis modo evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad posita mediante.

Feria Quinta ante Festum Sanctorum Omnium pro-

20259

30/1

xima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Kozuchowscy Coniuges Winnickiego Quietat & Statuent.

407

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Nobiles Ioannes Kozuchowski et Elizabetha Kosowska Nobilis olim Ioannis Kosowski cum nobili Zophia Kozicka Consorte eius prima procreata filia Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Iure Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibuscunq propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quoad actum hunc attinet seseque bonis suis generaliter omnibus tota liber et plenarie incorporando atq subijciendo palam liber publicae ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi suo et nobilium Ioannis Kozuchowski filij eorum Zophiae ac Mariannae Manasterskich cum olim Nobili Georgio Manasterski priore marito suo procreatarum filiarum pro quorum ratihabitione cauent et se praesentibus inscribunt nomine Generosum Stephanum Winnicki de protestatione certa per memoratam nobilem Zophiam Kosowska sui Recognoscentium Matrem suo et sui Recognoscentium atq praedictorum liberorum suorum nomine contra eundem Generosum Winnicki ratione periurium Anno Millesimo Sexcentesimo

Sexagesimo octavo proxime elapso per functos seu parentes sui
Recognoscentis propria et haereditaria fossae erectionis fundique certi
in cuius circumferentia initii viginti [illegible] foeni
colligi solebant nullo iure ademptionis piscinae seu stagni in
eodem fundo. extructionis domus sui Recognoscentis expositione
aquae ex eadem piscina inundationis subsequenti vero tempore
videlicet in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono
sub tempus autumni boum duorum bene saginatorum modo
violento receptionis macerationis in vitam diffidationis,
aliarumque violentiarum et iniuriarum in eadem protestatione
expressarum illationis Feria Sexta ante Festum Nativita
tis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno praesenti fa
cta quoad interesse et iniurias atque damna sibi Recognoscen
tibus praefatisque liberis suis per eundem Generosum Winni
cki modo quovis illatas tantummodo spectat quietant emittunt
dimittunt et liberum absolutumque faciunt et perpetuo pronun
tiant. Protestationem eandem in toto ipsius effectu quoad interesse
sui Recognoscentium atque liberorum suorum ut praemissum est
tantummodo spectat cassat praetensiones et iniurias quas
vis in toto et per omnia mortificat et annihilat, sibi suis
posteris ob praestitam in omnibus per eundem Generosum
Winnicki sufficientem satisfactionem ratione praemissorum in
perpetuum imponendo silentium. Nihilominus iidem supra
scripti Recognoscentes Nobiles Ioannes Korzuchowski et Eli
zabetha Kossowska coniuges tamen debebunt et tenebuntur
prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter
omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis
praedicto Generoso Stephano Winnicki eiusque posteris inscri
bunt et obligant praesentibus. Praenominatos Nobiles Ioannem
Korzuchowski filium atque Sophiam et Mariannam Manaster
skich filias liberos suos vel in eventu mortis successores illorum

ad approbandum per ipsos inscriptionem praesentem Quieta
toriam vel similem suo proinde tempore faciendam, ad acta quaevis
authentica Regni iuri perpetuitatis inserendam, et quidem
filium postquam adoleverit, filias vero postquam in matrimo
nium elocatae aut conventum ingressae fuerint cum maritorum
suorum Superiorum ipsarum assistentia adducere et personaliter
statuere ab eisque vel eorum successoribus ut praemissa debi
te exequantur efficere. Idque sub damnis Terrestribus simpli
citer absque corporali Iuramento taxandis et edocendis per
eosdem Recognoscentes suos eius heredes praedicto Generoso Stepha
no Winnicki aut illius posteris in casu non statuitionis prae
fatorum liberorum statuendorum vel in eventu mortis successo
rum illorum pro tempore et loco superius expresso ad exequen
da praemissa ad solvendum succumbendis. Pro quibus qui
dem damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Iura
mento taxatis modo praemisso ad solvendum succumbent
ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa
complenda praefati vero liberi non statuti et statuendi
citati existentes memorati Recognoscentes nobilis Joannes
Koruchowski et Elizabetha Hordowska coniuges legitimi
vel eorum posteri ad instantiam Generosi Stephani Win
nicki suae eius successorum ad officium praesens Castrense Capi
tan. Premisliensem exhinc recessu sigilli mascro quo ad se spon
dendum spectat mediante semper in primo citationis ter
mino tanquam peremptorio stare iuri parere responde
re damnaque praefata Terrestria simpliciter absque corpora
li Iuramento taxata luere inscriptioni praesenti satis
facere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur. Si
ac suos successores ad eadem omnia inscribunt et obli

2076? ~~2942~~

gant praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios verainfirmitate, pro maiori minorenni tate succorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanei Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullas motiones apellationes ac earum prosequutiones faciendo praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis exceptionibus suspensionibus factis Iuris praescriptione terrestri bello conventione ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio modo quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

3/XI.

Feria Secunda post festum Omnium Sanctorum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Terlecki Szenkowicz Terleckiemu Olechnowiczowi consortem suam ad abrenuntiandum Statuet.